



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 87. Contra Episcopos absentes nihil pronuntiatum in Decreto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

II.  
editio  
nulli-  
face-  
ie no-  
urum  
e, ni-  
erint  
tis &  
ii La-  
s fue-  
batio-  
a suis  
reco-  
sua-  
ripto-  
fan-  
eis  
resso-  
rint,  
ribus  
ibro-  
atque  
l im-  
ptum,  
ratis  
epro-  
rita-  
pro-  
quen-  
, ad  
adu-  
ones,  
im-

*impias & diabolicas incantationes, di Sæcul.XVL  
vinationes, sortes, libellos etiam famo- A. C. 1546.  
fos, mandat & præcipit, ad tollendam  
bujusmodi irreverentiam & contemptum,  
ne de cetero quisquam quomodolibet ver-  
ba Scripturæ sacræ ad hæc & similia au-  
deat usurpare, ut omnes bujus generis  
homines, temeratores, & violatores  
Verbi Dei, juris & arbitrii pœnis per  
Episcopos coerceantur.*

§. LXXXVII.

*Contra Episcopos absentes nihil pro-  
nuntiatum in Decreto.*

**Q**uamvis in quadam Congregatione *Paltav. hist.*  
propositum fuisset, quod contra *Conc. Trid.*  
Episcopos absentes contumaciæ pœna <sup>1.6 e 16.</sup>  
decerneretur, nulla tamen hac de re  
mentio facta fuit in hujus Sessionis  
Decretis, ac referunt nonnulli, id factum  
fuisse ad Francisci Toletani Oratoris Cæ-  
farei preces, ne forte Imperator id sibi  
offensioni duceret: hanc vero petitio-  
nem a Cardinalis Tridentini consiliis  
ideo profectam plures existimabant, eo-  
quod ille vereretur, ne ejusmodi accu-  
satio Germanos perturbaret. Verum-  
tamen Præsides, cum omnem querendi  
ansam Legato dare sollicite præcave-  
rent, priusquam Ecclesiam adirent,  
rem Madrutio & Pacheco, aliisque  
plu-

**Sæcul. XVI** pluribus Episcopis ipsos comitantibus  
**A.C. 1546** communicarunt, ac denique Massarelo, qui Synodi Patribus a secretis erat, præceperunt, ut in legendis Decretis illud de absentium contumacia præriret. Id etiam effectui datum: ast illi, qui prius de hujus Decreti omissione admoniti non fuerant, in querulas voces erumpabant, Legatosque accusabant, perinde ac si pro arbitratu suo omnia prius in Congregationibus statuta immutarent, quapropter eos hac de re per Synodi Promotorem commonesieri jufferunt. Hi ejusmodi querelas adeo non fuere dignati, ut potius desiderarent, se per hanc importunitatem ad publicandum hoc Decretum, quin in eo quicquam immutaretur, quasi compelli, dummodo id quoque Germani ratum haberent, quo circa illos de re gesta certiores fieri præceperunt. Attamen Cæsar is Orator unacum Cardinalibus Tridentino, & Pacheco, ne Decretum legeretur, institere, ac Præsides coegerunt, ut Patribus cunctas hoc Decretum omitendi rationes exponerent, quibus perceptis mox tumultus deferbuit, atque a cunctis Legatorum circumspectio fuit commendata.

§. LXXXVIII.